

1510.

Ex Ms. Arch. Radivil. N. 57.

Petrus Tomicki Episcopus Cracovi-  
ensis Vicecancellarius. Stanislaus et  
Januszio ducibus Masovia.

84

Illustrissimi Principes et domini colendissi-  
mi. Feci ego quidem operam meam, ut  
Majestas Regia suspendisset querelas subdi-  
torum vestrarum Illustritatum ad earum huc  
adventum. Verum Majestas sua coacta i-  
pisis querelis valde gravibus, et instanti-  
bus, Concilianis Universis, fecit hoc quod  
Vestris Illustritates ex literis ejus Majesta-  
tis intelligent, et dominum Palatinum Polo-  
nensem me certe inscio et absente, Orato-  
rem ad Conventum illarum designavit.  
Serenissima domina Regina jam adventat,  
et non longe abest, Majestas tamen Regia  
procuravit, ut Serenitas illius lentius profi-  
cisceretur, quo nisi ad dominicam secundam  
post festa Paschae huc applicaret, ad quam  
diem statuta est coronatio et Nuptiae, pro-  
ut id literis Majestatis Regia latius de-  
clarabitur, quibus me et mea obsequia  
commendo, easque felices et incolumes  
esse cupio. Cracovia MDXVIII.



